

dixerunt ad eos, qui sermonibus eorum astiterant^t: „Vere, nisi condignam super iniuria Iesu illata vindictam feceritis, omnes scandalum⁶ paciementi anno isto.“ Et cum Christiani repleti^u gratia Dei et in amore eius fervidi percepissent cordialiter hos sermones, dimisso pontificum et scabinorum penitus consilio, ad semetipsos dixerunt: „Ut^v quid^w facimus^v, quia hec perfida turba multa mala non modo contra nos, verum potius et adversus Jesum facit intrepide^x opprobria? Si dimittimus eam sic, omnes scandalizabuntur cum ea^y.“ Tunc⁷ unus ex plebe Christiana nomine Iessko^z quadratus, cum esset quasi^a pontifex anni^b et temporis illius^b, prophetavit dicens: „Expedi nobis, ut omnes pariter^c Iudei^c moriantur pro populo Christiano, ne tota gens pereat.“ Ab illa ergo hora cogitaverunt interficere omnes Iudeos dicentes: „Ne forte veniat ulcio Dei super nos, tollamus^d bona^e eorum et gentem de terra perfidam^e vivencium disperdamus.“

Videns autem potestas civitatis communem plebiculam^f magno contra Iudeam fremitu incandescere, mandavit preconibus, ut clamore vallido puplice^g per plateas congregacionem totius populi ad resistendum futuris Iudeorum periculis in pretorium congregarent^h. Sed dispensacioneⁱ Deiⁱ factum est, ut spiritus sanctus lingua preconum oppositum preceptum clamancium uteretur. Clamabant enim, ut regis^j edicto et consulum tota simul plebs irrueret in predam et in^k / exterminium Iudeorum. Cum autem omnis populus^l unanimi voto^m et ardore adversus Iudeos inter vicos et duoⁿ castra eorum cum armis

t) astiterunt <i>P</i>	u) tunc repleti <i>P</i>	v-v) quid facimus <i>M</i> ; quid facimus ad haec <i>P</i>
y) illa <i>P</i>	w) <i>Danach gestrichen</i> fa <i>PL</i>	x) <i>Danach gestrichen</i> ob <i>PL</i>
c-c) Iudei pariter <i>M</i>	a) <i>fehlt</i> <i>M</i>	b-b) anni illius et temporis <i>M</i>
d) <i>folgt</i> ergo <i>M</i>	e-e) eorum bona et gentem perfidam de terra <i>P</i>	f) plebeculam <i>P</i>
g) publice protestarent <i>M</i>	h) convocaret <i>P</i> ; convocarent <i>M</i>	i-i) dispositione Sei (!) <i>P</i>
j) regio <i>P</i>	k) <i>fehlt</i> <i>P</i>	l) populus Dei <i>P</i>
m) voce <i>P</i>	n) <i>fehlt</i> <i>P</i> ; ij <i>PL</i>	

6) *Matth. 26,31*: Tunc dicit illis Iesus | omnes vos scandalum paciementi in me in ista nocte | Scriptum est enim | percutiam pastorem et dispergentur oves gregis.

7) *Diese Passage folgt Ioh. 11,47-53*: collegerunt ergo pontifices et Pharisei concilium et dicebant | quid facimus quia hic homo multa signa facit / si dimittimus eum sic omnes credent in eum | et venient Romani et tollent nostrum et locum et gentem / unus autem ex ipsis Caiaphas cum esset pontifex anni illius dixit eis | vos nescitis quicquam / nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo | et non tota gens pereat / hoc autem a semet ipso non dixit | sed cum esset pontifex anni illius prophetavit | quia Iesus moriturus erat pro gente / et non tantum pro gente | sed et ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum / Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum.